

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula XII. Accidentia quinti praedicabilis primo & immediate competunt individuis & fecundario, seu eorum interventu, speciebus sive universalibus

urn:nbn:de:bsz:31-102400

de aliis; vox hæc *equivoca* non tribuitur illis &
quivocè & in diversa significatione, sed in eadem,
estque illorum, quatenus sumuntur respectu hu-
jus vocis *equivoca*, eadem ratio & essentia.

REGULA XII.

Accidentia quinti prædicabilis primò & im-
mediate competunt *individuis*, & secunda-
riò seu eorum *interventu*, *speciebus*
sive *universalibus*.

Contra.

Propria primò & immediate *speciebus* seu
universalibus, secundariò *singularibus*
seu *individuis* competunt.

I. *Accidentia* propria fluunt ab ipsa essentia
& ratio, cur alicui aliquâ proprietas conveniat,
est ipsa essentia. Quia vero essentia abstrahitur
ab ipsis singularibus & individuis, & sic abstra-
cta est universalis, ideo propria dicuntur primò
& immediate competere *universalibus* seu speci-
ebus, *individuis* autem seu *singularibus* ex conse-
quenti, seu ratione specierum. propterea nimi-
tum, quia sub *speciebus* continentur. Ut si que-
ram, cur Petrus sit γελασκός? respondeatur, quia
est homo, vel quia est animal rationale, & quia ho-
mo & animal rationale *universalia* sunt, ideo τὸ
γελασκόν primò *universalis*, nempe speciei, quia
est homo, ex consequenti vero Petro etiam & a-
liis *individuis hominis* attribuitur.

II.

II. Quantum vero ad accidentia quinti praedicabilis, quia non habent necessariam connexionem cum essentiis, nec ab ea fluunt, sed convenientur rebus propter alias causas, & propter earum actiones, actiones vero sunt in singularibus, sicut supra ex I. Met. c. I. audivimus, ideo conveniunt primò singularibus, & per ea speciebus & aliis universalibus. Quod testatur Philosophus l.c. his verbis: *Non curat medicus hominem nisi per accidens, sed Calliam aut Socratem, aut quempiam alium, cui accidit, ut homo sit.*

III. Excipienda tamen hic erunt, quod & Comimbricenses in Cap. VI. Isag. Porphy. notwithstanding predicata accidentalia, quae important denominationem extrinsecam ab actu intellectus: qualia sunt intelligere genus, speciem, & hujusmodi. Hæc enim tantum abest, ut primò singularibus convenient, ut quædam eorum ipsis planè non convenient. Ratio autem exceptionis est, quod actio intellectus non est determinata & restricta ad singulare.

REGULA XIII.

Quorum diversæ sunt naturæ, eorum etiam diversæ sunt proprietates, & vice versa.

I. Faciem est ratio, quæ præcedentium, quod scilicet uiliæ naturæ suæ respondet nativæ proprietates, in er quas, & naturam ipsam, necessaria est connexio & reciprocatio. Ita quia aqua & ignis